



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cursus Biennalis Studii Canonici, Sive Succincta Et
Methodica Sacrorum Canonum Explanatio**

Engelhard, Johann Martin

Moguntiae, 1700

Ad Præ-Nobilem & Clarissimum Dominum Authorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63255)




*Ad Præ-Nobilem & Clarif-
simum*

Dominum Authorem.

A Ngelicâ te stirpe satum ne crederet
Orbis
Hactenus, hoc oberat : quod mo-
riturus eras.

Immortale tuum fecisti nomen, ut esset,
Jam post hac nullus, qui dubitabit, erit.
Surget in eximias aurata Moguntia laudes,
Surget & in plausus undiq; Clerus ovans.
Posteritas te fera canet, te nulla vetustas
Condet, perpetuâ luce coruscus eris.
Sæcula te vivos inter ventura videbunt
Vivum, in diversis urbibus atque plagis,
Has super& penâ subnixus & arte volabis :
Hospes quô venies, undique gratus eris.
Mirandos vulgo, quos diva scientia fecit,
Ne sua prætereas limina quisque petit.
Esse sibi junctum te fœdere poscet amico
Rebus in ambiguis, qui sibi præstet opem.

Inter



Inter eos positus, laurus quos docta coronat
Fulgebis, quali lumine stella micat.

Omnes namque manent promissa hæc præ-
mia, multos

Iustitiam Docti, qui docuere sacram.

Conscripti hinc Canones tibi palma, coro-
na laboris.

Sic manet ex meritis gloria laus & honos

Anno qVo IVbILO petri Vrbs festi-
Va parat Vr


IVra hæC MartIn Vs IVsIt aDes-
se tYpo.

*Ita accinit Plurimum Reverendo, No-
bilissimo, Excellentissimo & Am-
plissimo D. Authori*

Angelus Heindrich, SS. Theol.

Doctor Ord. Eremit. S. Augu-
stini Conventûs Moguntini p. t.
Prior

Ad



Ad Prænobilem & Clarissimum
Dominum Authorem.

Sparsa licet dudum voliter Tua fama per
urbem

Inclyta doctrinæ, quam tulit aura fori.
Mens generosa tamen nequit uni insistere
Palmæ,

Sed laudem factis quærit, & ingenio.
Omnia, sacrarum legum consultus & æqui
Mirando tradis jura sacrata libro.
Ordine laudando, laudandos arte loquendi
Conscribis Canones, quos sacra jura da-
bant.

Perge igitur, factisque forum præstantibus
orna,

Illustres adeant hæc Tua Scripta scholas.
Sic nova consiliis, nova sic Tibi gloria laudis
Crescet, & alta tuum nomen ad astra feret.
Obvius hoc Lector complectere protinus ul-
Egregium capies dexteritatis opus. (nis

Ornatls Llbrls AVgVsta MogVntla tVrget
SeDtVrgetfaVstè nVnCtVaIVratenens.

*Ita accinit Plurimum Rever. Nobilissimo,
Excellentissimo & Amplissimo Do-
mino Authori*

Eremus Augustiniana
Moguntina.